



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

§. VI. de impedimento cognationis legalis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

Quando ob necessitatem confertur baptisimus sine solemnitate extra Ecclesiam, tunc contrahitur cognatio spiritualis impediens ac dirimens: quando verò suppletur solemnitas catechismi in Ecclesia, contrahitur cognatio minor impediens tantum. nu. 40.

## DE IMPEDIMENTO

*cognitionis legalis.*

### §. VI.

**E**ST propinquitas ex adoptione alicuius in filium, proueniens. Estque triplex. I. Ascendentium vel descendentium, scilicet adoptantis & adoptati, & descendentium eius, quæ nec tollitur dissolutione adoptionis, nec emancipatione. II. Quasi transuersalis, scilicet inter adoptatum, & filios naturales adoptantis durante adoptione, & filio naturali existere in potestate patris, & non aliàs. III. Est legalis affinitas scilicet inter uxorem adoptati, & adoptantis & inter adoptatum, & uxorem adoptantis: & hæc durat perpetuò sicut prima. Quælibet autem harum impedit ac dirimit matrimonium, cap. 22. n. 44. Neque etiam contrahitur inter adoptatam, & matrem adoptiui, nu. 45.

§. VII.